

2225

A S C E T I C I

2226

*Ich such Christum allain Im gaisst
 Er sucht Christum leiplich Im flaysch
 Ich such Gotts reich In Christus plut
 Das er am Creutz vergiessen thut
 Für meine sünd, mein glaub bekennt
 Er sucht Christum Im Sacrament &c.*

Alius inscribitur *der Schalcksstull* e *Psal. I. v. 1.* et Alii quidam breviores. Autor nullibi proditur.

DLXXXIII.

718 Codex membraneus germ. Sec. XV. Folior. 69. 4. luculente exaratus, rubricis distinctus, et ad calcem ita signatus: *Daniel van Zürck. Anno 1636. In Hamburg;* continet: I. dialecto Germaniae infer. Tractatum de *quatuor Novissimis*, quem jam Cod. gemino praeced. inscriptum *Cordiale* vel etiam *Cardinale* indicavi. Init ille: *Memorare nouissima tua et in eternum non peccabis. Dese woerde* — — sed cum Folium hic non nihil concerptum fit, adscribam *Capitis I.* cujus Rubrica: *Die erste capittel van der lichaemliker doot*, initium: *Di erste van desen IV. vtersten Dat den menschen &c.* Finis: *Och of sij smaecten en verstonen En die vterste dinghen voersaghen.* Non semel editus Libellus Sec. XV. ut dixi ad *Codd. supracit.* ubi etiam de Autore conjectavi.

II. fol. 43. *Dit es boe een geestelic mensche sinem Vrient Enen goeden brief sant.* Quasi dicas Epistolam ab Homine pio ad

Amicum datam, qua contemptus Caducorum, metus aeterni supplicii &c. ingeritur, adjunctis *tribus* aliis Documentis: de *Fundamento Vitae spiritualis*, de *coGITANDO Deo*, et de *vitando Peccato*. Initium: *Lieue vrient in gode ghemint. Wilt altoes voer ogen bebben dat eweghe goet dat god es &c.*

III. fol. 49. *Dit syn die beilege X. gebode.* Itaque *Expositio Decalogi*, quae incipit: *Sente matheus die ewangeliste screef in der beilegben ewangelien die men leest in groot vastelauonde Dat ons ber ibesus christus sprac Totten viant Zathanas Men sal enen god aenbeden &c.* Cum *Evangelium de Tentatione Christi Matth. C. 4.* legatur in *Ecclesia Dominica I. Quadrag. five Invocabit*, *to Vastelavond*, quod quidam ad diem *Lunae post Dom. Esto mihi restringunt*, autoris nostri aevoo cum adposito *groot ipsam primam Quadragesimae Dominicam significasse videtur.* Ac si dicas *magnam Jejunii Vesperam seu Vigiliam.*

DLXXXIV.

Codex partim membraneus, 788 partim chartaceus Sec. XV. 8. Folior. nunc 144. currente calamo

2227

C O D I C E S

2228

lamo exaratus et rubricis notatus continet aureum Opus de *Imitatione Christi*, de cujus Autore quantum et quamdiu certaverint ingenia, non est, quod Literatos moneam. Interim Thecae anteriori Codicis manus praedicti Seculi haec adscripsit: *Hunc tractatum fecit quidam Canonicus Regularis S. Augustini et Intitulatur liber de Imitatione Jesu christi*. Unde facile coaevus *Thomae de Kempis* esse potest, qui annum 1471. in vivis supremum habuit. Liber porro I. ἀνεπίγραφος est, neque Capita numerata, litera tamen capitali miniata distincta habet. Ad ejus calcem *Index* Inscriptiones notas Capitum enumerat. Hunc sequitur: *Secun-*

Codex:

- v. 1. *in vita ihesu*
 v. 2. *qui spiritum habent — inveni-*
nient.
Spiritum Christi.
 v. 3. *Caritate.*
 v. 4. *in altum se extollere.*
non curare.
illuc.
 v. 5. *faciabitur.*

Pauca sunt haec, si eundem *Codicem* cum Editione *Jos. Valar-*

Codex:

- v. 1. *dicit Dominus.*
velimus.
Ihesu.
 v. 2. *Spiritum habent — inveni-*
nient.

da pars. Incipiunt ammoniciones ad interna trabentes, eadem ratione, nisi quod Indice subsequo careant. Cujus loco statim: Incipit tertia pars huius libri que est de interna consolacione De interna christi locucione ad animam fidelem. Atque haec Pars in istis *Cap. ult.* verbis: *et angustiam meam constituo quia totum — —* abrumpitur, unico folio, ut videtur, e *Codice* evulso, ut adeo is *Librum* IV. nunquam continuerit, quod haud insolitum. Ita solum *Librum* I. dedimus *Cod. DCXCVII.* Ut vero *Lectio* aliquod periculum faciam, *Libri* I. C. 1. contendam cum elegantissima Editione *Lugd. Batav.* a *Job. Bollando* curata 1630. 12.

Editio:

- in vita Jesu Christi.*
haberet — inveniret.
Spiritum dei.
caritate dei.
in altum statum se extollere.
parum curare.
illic.
fatiatur.

ti Paris. 1758. 12. maj. com-
pares:

Editio:

- Omissum.*
volumus.
Jesu Christi.
Spiritum ejus haberet — inveni-
ret.

Codex:

2229

A S C E T I C I

2230

Codex:

- v. 2. *parvum desiderium.*
spiritum dei
- v. 3. *prodest — careas — displiceas.*
sanctum.
Opto.
Exterius.
totum prodesset.
gratia.
Vanitas.
regna caelestia.
- v. 5. *faciabitur.*
transferre.
conscientiam

Editio:

- pium desiderium non.*
spiritum Christi
- prodesset — careres — displiceres.*
hominem sanctum
Opta.
memoriter.
hoc totum tibi prodesset.
et dei gratia.
Vanitas ergo.
coelestia regna.
satiatur.
te transferre.
suam conscientiam.

Ut leviusculas quasdam vocum transpositiones omittam. Itaque *Valartium* non immerito licentiae coarguit *Franc. Jof. Desbillionius* nova Nostri editione *Mannhem.* 1780. 8. cui et eruditas pro *Thoma Kemp.* Vindicias praemittit, et longum subtexit Indicem Lectionum, quibus ille ab Editionibus authenticis deflexit oblitterandorum Autoris *Germanismorum* valde studiosus. *Codices* nostri fronti adscriptum: *Sum Georgij Tanneri Juriscons. senioris, et ipsius gratæ posteritatis Tannerianæ Casp. et Georgij filiorum, et calci: Sum Georgij Tanneri Juriscons. senioris, in perpetuum Tannerianæ posteritatis filiorum et nepotum usum. unde superioris seculi infelicitatem cognoscat, et mecum Deo æterno Patri Domini nostri Jesu Christi pro restituta luce veræ doctrinæ ardentius gratias agat.* Protestantibus piis in pretio est *Thomas Kemp.* Quae-
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

nam igitur lux, cui ille offecerit? Fuit *Tannerus* in *Acad. Vien.* primarius Scriptor. *Graec.* Interpres et ann. 1565 et 79. *Fac. Jurid. Decanus.*

DLXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. 120
 XV. Folior. 330. f. per duas columnas currente manu scriptus, rubricisque distinctus continet, ut habet titulus *Elenchi* in membrana praefixi: *Opuscula sacre Theologie professoris fratris jacobi de paradiso in ordine carthusien. professi.* De Autoribus Carthusianis *Jacobi* nomine insignitis apud ipsos Ordinis scriptores fluctuant omnia. Memorantur aliis *Jacobus de Polonia, de Clusa, de Paradiso, de Junterbuck, de Gruytroede;* alii praeter *Jac. Gruytrodium* Priorem *Leodiensem* non nisi *Jacobum domus S. Salvatoris prope Erfordiam* Vicarium, agnoscunt varian-

T t t

te